



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

18 Patronus non efficitur ecclesiae, dotem modicum domans.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

nisi intra quatuor menses, aut aliud tem-
 pus in decretis eiusdem visitationis præfi-
 gendum, eadem ecclesiam restauraverint,
 quibus elapsis, ex nunc, prout ex tunc, &
 è contra declarare etiam redditus ejusdem
 veteris ecclesiæ profanandæ in sustentatio-
 nem parochi assignandos, & transferen-
 dos, ac per ipsum nunc, alios parochos
 pro tempore existentes liberè percipien-
 dos, & levandos fore, & esse, decernendo
 copiâ eorundem decretorum valvis seu pa-
 rietibus ejusdem parochialis diruta affigen-
 dam, omnes afficere, ac si singulis perso-
 naliter præsentata foret, illamque affigi
 mandare, & illis non comparentibus, ni-
 hilque, quod relevat deducantibus, termi-
 no præfixo elapso, poterit visitator in exe-
 quutionem suorum decretorum ecclesiam
 profanare, lapides ecclesiæ destructæ, lig-
 na trabes, & alia similia vendere, ad usum
 tamen, & commodum novæ parochialis
 erectæ, & quod tali casu possit ecclesia
 profanari, etiam si jurispatronatus existat,
 probat text. in eod. c. 7. circa fin. sess. 21.
 18 Quinimò ecclesia, quæ est tenuis reddi-
 tus, non dicitur jurispatronatus, cum pa-
 tronus ecclesiæ, nemo efficiatur propter
 rem modicam datam ecclesiæ, nisi tantum
 dederit, quod sufficiat ad necessaria mini-
 strorum, & ad luminaria, cap. nemo, de con-
 secr. dist. 1. gloss. in cap. quicumque, il. 2. 16.
 quæst. 7. Abb. in cons. 106. numer. 2. vers.
 præterea, & secundo, vol. 2. & las. in auth.
 præterea, numer. 5. c. unde vir, & vxor. Un-
 19 de tales tamen patroni parochialis possunt
 compelli ad præbendam congruam susten-
 tationem parochi, vel ad patiendum il-
 lam aliæ ecclesiæ uniri, & ita fuit à sacra
 congregatione decisum sup eod. cap. 5. sess.
 21. de reformat. §. patroni unius.

Et quia Ordinarius sine consensu pa-
 troni non potest regulariter beneficium
 jurispatronatus unire, ut supra, in vers.
 uniones ut sint, illa regula hoc casu fallit,
 si parochialis est exigui redditus, & sic di-
 ruta, ut in ea non celebretur, aut aliàs
 restaurari non possit, quia tunc defici-
 ente ecclesia, quæ constituit corpus juris-
 patronatus, perdit nomen beneficii, ut
 dicitur de beneficio unito, Felin. in cap.
 nostra num. 30. vers. & istis adde. de rescript.
 Gomez. in reg. de anna. quæst. 25. numer. 2.
 & Rot. decis. 11. in princ. de reb. Eccles. non
 alien. in antiq. quo casu redditus illius be-
 neficii qui titulo carent, possunt per visita-
 torem ad aliam ecclesiam transferri, quia,
 qua commodiori Episcopo videbitur rati-
 one, tot fructus sunt redigendi, quot
 pro rectoris, aut parochiæ necessitate de-
 center sufficiant, conc. Trid. in c. 13. vers.
 in parochialibus. sess. 24. de refor.

Episcopi tamen ut aptius quem regunt po-
 pulum, possint in officio, atque obedi-
 entia continere, in omnibus iis, quæ ad visi-
 tationem, ac morum correctionem subdi-
 torum suorum spectant, jus, & potesta-
 tem habent etiam tanquam Sedis Aposto-
 licæ delegati, ea ordinandi, moderandi, pu-
 niendi, & exequendi, juxta canonum sanctio-
 nes, quæ illis ex prudentia sua pro subdito-
 rum emendatione, ac diocesis suæ utilitate
 necessaria videbuntur. Nec ex his, ubi de vi-
 sitatione, aut morum correctione agitur,
 exemptio, aut ulla inhibito, appellatio, seu
 querela, etiam ad Sedem Apostolicam in-
 terposita, exequutionem eorum, quæ ab
 his decreta, mandata, aut judicata fuerint,
 quæquomodo impedire, aut suspendere
 potest, conc. Trid. cap. 1. §. cum igitur
 rei, sess. 13. cap. 1. §. cum igitur

Ddd

quo,